

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani
p̃posita est epi || stola ... || ...**

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs qvintvs

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

Handwritten marginal notes at the top of the page, including the name 'ANDRIAE' and other illegible text.

ANDRIAE.

Caesarius in
ad. 1. 8. 83

VT Quimus aiunt, quando ut uolumus non licet. Cri.

Quid Glycerium et iam hic suos parentes repperit et My.

Vtinam. Cri. An nondum etiam et haud auspicato huc me appuli.

Nam pol si id scissem, nunquam huc retulissem pedem.

Semper enim dicta est esse haec atque habita est soror.

Quae illius fuere possidet, nunc me hospitem.

Lites sequi, quae mihi sit facile atque utile.

Aliorum exempla commonent, simul arbitror.

Iam aliquem esse amicum et defensorem eius, nam fere.

Grandiufcula iam profecta est illinc, clamitent.

Me Syconphantam, haereditatem persequi.

Mendicam, tum ipsam despoliare non licet. My.

Optume hospes pol Crito, antiquum obtines. Cri.

Duc me ad eam, quando huc ueni, ut uideam. My. Maxume. Da.

Sequar hos, nolo me in tempore hoc uideat senex.

ACTVS

QVINTVS.

CHREMES.

SIMO.

Quadrati omnes.

Atis iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea.

Satis periculi incepti adire, orandi iam finem face.

Dum studeo obsequi tibi, pene illusi uitam filia. Si.

Immo enim nunc quae maxime ab te oro atque postulo Chremes.

Ut beneficium uerbis inutum dudum, nunc te comprobet. Chre. &

Vides quae iniquis sis praestudio, dum id efficias quod cupis,

Neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas.

Nam si cogites, remittas me iam onerare iniuriis. Si.

Quibus? Ch. ah rogitas et perpulisti me, ut homini adulescētulo,

Vertical handwritten notes in the left margin, including the name 'Duc me ad eam' and other illegible text.

Vertical handwritten notes in the right margin, including the name 'ACTVS' and other illegible text.

In affectu
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria *A voluntate*
 Filiam ut darem in seditionem, atq; in incertas nuptias, *Quid dicit dicit dare et non pro*
 Eius labore atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo. *Metaphora*
 Impetrasti, incepti dum res tulit, nunc non fert, feras. *Ab amore*
 Illam hinc ciuem esse aiunt, puer est natus, nos missos face. Si. *Ab e.*
 Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere,
 Quibus id maxime utile est, illum esse q̄ deterrimam. *Defectio est .1*
 Nuptiarum gratia hæc sunt ficta, atq; incepta omnia. *Quia q̄ sui similibus*
 Vbi ea caussa quã obrem hæc faciūt, erit adempta, his definēt. Ch.
 Erras, cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. Si. scio. Ch.
 At uero uolū. cum ibi me adesse nēter tum præsenferat. Si.
 Credo, & id facturam, Dauos dudum prædixit mihi.
 Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac uolui dicere.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO.

Quadrati & Senarii, & unus Dimeter.
 Nimo nūc iā ocioso esse impero. Ch. hem Dauū tibi. S.
 Vñ egredij' Da. Meo præsidio atq; hospitis. Si. Quid

Illud mali est? Da.

Ego cōmodiorem hominē aduentū ad tempus nō uidi. Si. scelus
 Quemnam hic laudat? Da. OMNIS res est iam in uado. Si. cesso
 alloqui. Da. *Chreme*
 Herus est, quid agā? Si. salue bone uir. Da. hem o Simo, o noster
 Omnia apparata sunt iam intus. Si. curasti probe. Da. Vbi uoles
 Accerere. Si. Bene sane, id enim uero hic nunc abest. *Allo. et u. male*
 Et iā tu hoc rñdes, qd̄ istic tibi negoti est? Da. mihi? Si. ita. Da.
 Mihi ne? S. tibi ego. D. mō introii. Si. qñ ego qd̄ uidi rogem. Da.
 Cum tuo Gnato una. Si. an ne est intus Pāphilus? crucior miser.
Quo dicitur Damo hic uidetur facti ut Pāphilus a Dauo prædatur et facti fabule p̄terit. Hic

Eho, non tu dixisti esse inter eos inimicitias carnufex? Da

Sunt. Si. cur igitur hic est? Ch. quid illum censes? cum illa litigat. Da.

Immo vero indignum Chremes iam facinus faxo ex me audies.

Nescio quis senex modo uenit, ellum, confidens, catus.

Cum faciem uideas, uidetur esse quantiuis precii,

Tristis seueritas inest in uultu, atque in uerbis fides. Si.

Quidnam apportas? D. nihil equidem, nisi quod illum audiui dicere. Si.

Quid ait tandem? Da. Glycerium se scire esse ciuem Atticam. Si.

He Dromo, Dromo. Da. Quid est? Si. Dromo. Da. Audi obsecro.

Si. Verbum si addideris, Dromo. Da.

Audi obsecro. Dro. Quid uis? Si. Sublime intro hunc rape quantum

tum potes. Dro. (quid feci. Si. rape. Da.)

Quem? Si. Dauum. Da. Quamobrem? Si. Quia lubet, rape inquam. Da.

Si quicquam inuenies me mentitum, occidito. Si. Nihil audio.

Ego te iam commotum reddam. Da. tamen si hoc uerum est. Si. tamen ego

Cura adseruandum uinctum, atque audiui, quod rupered constringito.

Age nunc, iam ego pol hodie si uiuo, ostendam tibi

Herum quid sit periculi fallere, & illi patrem. Ch.

Ah ne saui tantopere. Si. Chreme

Pietatem. Gnati, nonne te miseret mei,

Tantum laborem capere ob talem filium?

Da. Simo. Age Pamphile, exi Pamphile, ecquid te pudet?

PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

Senarii partim, & Septenarii.

Vis me uult? perii, pater est. Si. Quid ais omnium? Ch.

Ah rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui. Si.

Quasi quicquam in hunc iam grauius dici possiet. ain

Handwritten marginal notes in Latin script, including phrases like 'Axiomata', 'Sunt', 'Immo', 'Nescio', 'Cum', 'Tristis', 'Quidnam', 'Quid ait', 'He Dromo', 'Si. Verbum', 'Audi obsecro', 'Dro. Quid uis', 'Si. Sublime', 'Quem?', 'Si. Quia', 'Si quicquam', 'Ego te iam', 'Cura adseruandum', 'Age nunc', 'Herum quid', 'Ah ne saui', 'Pietatem', 'Tantum laborem', 'Da. Simo.', 'PAMPHILVS.', 'SIMO.', 'CHREMES.', 'Senarii partim', 'Vis me uult?', 'Ah rem potius', 'Quasi quicquam'.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including phrases like 'Tandem', 'Ita praedican', 'Nam cogit', 'Vide num ei', 'Adco impo', 'Morem atq', 'Tamen hanc', 'Me miseru. Si', 'Olim istuc of', 'Quod cupere', 'Eodem die is', 'Sed quid ego', 'Cur meam se', 'An ut pro ho', 'Immo habe', 'Quid mi pa', 'Domus, uxo', 'Adducti qui i', 'Pater, licet ne', 'At tamen Sig', 'Chreme? Ch', 'Ego me amar', 'Tibi pater me', 'Vis me uxore', 'Hoc modo ob', 'Sne me expu', 'Pater. Ch. equi'.

Tandem ciuis Glycerium est Pam. Ita praedicant. Si.

Ita praedicant o ingentem confidentiam.

Num cogitat quid dicat? num facti piget?

Vide num eius color pudoris signum usq; indicat?

Adeo impotenti esse animo, ut praeter ciuium

Morem atq; legem, & sui uoluntatem patris,

Tamen hanc habere cupiat cum summo, probro Pam.

Me miseru. Si. Hem, modo ne id demu sensisti Pamphile?

Olim istuc olim, cum ita animu induxisti tuum.

Quod cuperes aliquo pacto efficiendum tibi,

Eodem die istuc uerbum uere in te accidit.

Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?

Cur meam senectutem huius sollicito amentia?

An ut pro huius peccatis ego supplicium sufferam?

Immo habeat, ualeat, uiuat cum illa. Pam. Mi pater, Si.

Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.

Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre.

Adducti qui illam ciuem hinc dicant, uiceris. Pam.

Pater, licet ne pauca? Si. Quid dices mihi? Ch.

At tamen Sino audi. Si. Ego audiam? quid ego audiam?

Chreme? Ch. At tamen dicat sine. Si. Age dicat, sino. Pam.

Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor id quoq;

Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, impera.

Vis me uxorem ducere, hanc uis amittere? ut potero feram.

Hoc modo obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem.

Sine me expurgem, atq; illu huc cora adducam. S. adducas. P. sine.

Pater. Ch. aequi postulat, da ueniam. P. Sine te hoc exorem. S. sino.

Impotentibus hoc loco accipit pro
no qui nequit sibi impotentem
veluti impotentem in eandem dicit
nunc uis qui no potens sit h
qd perditur sua abutitur
Et ut uigenti impotentis qd sui
felicitate abutitur dicitur

A qualitate
familiaris est pater et ad
spiritibus et uocande uidetur
siquid est cora patris huius
boni suffundi. Pater est in
Pamphilo ut apparet pro
inde et audaciori et impud
tore esse ostendit.

Insuper si Pamphily
despondit. Despondit aut si
eximo omi calamitate
intra deploracione
deperit aduersu atq; comp
mittitur ostendit.

Demulare est pariter huius
hinc uicium deperit huius
filiu omi alioque ut h
tunc fact

Articul
Despondit si a pater
ne quibuscumque
D. 9. An ne ferit. Sino ita uicium
ut in uicium sit qui est ut uicium
sit quod aduersu huius
ita ostendit
Sententia est. uera gratia huius
et est propria. Sino ut uicium
dicit aut liberi. ut quanda uicium
ut uicium ut pater est. ut huius
et uicium ut pater ut huius
Dm est illorum a quibus uicium
pater ut uicium ut huius
pater ut uicium

Metonymia est supra ab
hinc uicium huius se in potestate aliquo
ut dicitur. Dicit ergo huius
dedit P. et Si. ut huius huius
hinc ut uicium ut huius
ut huius ut huius
Dm uicium ut huius
ut huius ut huius
ut huius ut huius
ut huius ut huius

ANDRIAE.

Quiduis cupio, dum ne ab hoc falli comperiar Chreme. Chre.

PRO peccato magno, paululum supplicii satis est patri.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.

Octonarii, & Senarii Trochaici, & unus Hypermeter.

Itte orare. una haec quaeris causa me ut facia monet.

VI tu, uel qd uerq est, ul qd ipsi bn cupio Glycerio. Ch.

Andriu ego Critone uideo, certe is e. Cri. Saluos sis Chreme. Chre.

Quid tu Athenas insoles? Cri. euenit, sed hicine est Simo? Chre.

Hic. Si. Men quaeris? Cho tu Glycerium hinc ciuem esse ais? Cri.

Tu negas? Si. ita ne huc parat aduenis? Cri. qua de re? Si rogas?

Tu ne impune hoc facias? tu ne hic homines adulescentulos

Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?

Sollicitado & pollicitado eorum anios lactas? Cri. Sanus ne es? Si.

Ac meretricios amores nuptiis conglutinast Pam.

Perii, metuo ne substet hospes. Ch. Si Simo hunc noris satis,

Non ita arbitrer, bonus hic est uir. Si. Hic uir sit bonus,

Ita ne attemperate uenit hodie in ipsis nuptiis,

Vt ueniret antehac nunq est uero huic credendu Chreme? Pam.

Ni metuam patrem, habeo pro illa re quod illu mohea probe. Si.

Sycophanta. Cri. He. Ch. sic Crito e hic, mitte. Cri. uideat qui fiet.

Si mihi perget qua uolt dicere, ea qua non uolt, audiet.

Ego istac moueo aut curo? non tu tau malu aequo animo ferest?

Nam ego qua dixi, uera an falsa audieris, iam sciri potest.

Atticus quidam olim nau fracta apud Andrum eiectus est,

Et istac una parua uirgo, tam ille egens forte adplicat

Primu ad Chrysidis patre se. Si. fabula inceptat. Chre. sine. Cri.

Ita ne uero obturbat? Chre. perge. Cri. Tu is mihi cognat fuit?

Saras Joseph est totus
subtile
Ubi dicit uita hanc
quid plures fuisse au
probat que Constant mo
uocet ut Pamphilo
Patronatus

Su e m orone
lygias Monas ten
in soluta dicit & ca
mate
Dicit dicit se et
hoc bono Chrysidis et
de quali subuocem
zab dicit Eucrit
Sycophanta
ingenui et
Stratone hoc au uas
ut sine quid uer
lygias & Constant
aliqua
Domus metaphora
se putat a hys

Arund est Na uer
uult uel uol uer
uult uer uer
epum pecti nostri
Ch au oportet est
Crione numerose
est Chrem et bene
in f dicit na uer
ferat ut illi famula
ter sit ubi qua ac
cesserat sine dno deo
siue ut cypriote
subtile puerum
in supra me quibz
Ego ne in se dicit
Crione Critone
ia dicit ut qu no
stus ad omnia pro
nipere uult si loq
sibi se expugnat
Copiat sibi am et
monit per hoc va vi
qui no nisi andia et
monit inditac uult
Admet Domus
Alphatre proprie dicit de naufragio in licty cudo hys et

Per dicit
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Subre
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Amphilo
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Amphilo
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Amphilo
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Amphilo
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Amphilo
1. 1. 1.
2. 1. 1.
3. 1. 1.

Qui cum re
is ista dicit
Phan
Perii. Ch. uer
Rhanium i
Multi alii in
ro, rho
Quid eam tu
Certe mea est
res Pam
Qui Credis?
hinc bellu
Tu illam reli
Quid illo si
Spe, gaudio
Sane ista m
At mihi unus
Cum tua reli
istic est?
Nom non ce
Nanquid me
am patia
Voluptati ob
Non patiar, h
Chre. Ead
Et ipsa millie
Ita credo creda

Qui cum recepit. ibi ego audiu. ex illo sese esse Atticum. Is ibi mortuus est. Chre. Eius nomen. Cri. Nomen tam cito tibi?

Phania. Chre. Hem,

Peri. Ch. uerum hercle opinor fuisse Phaniam. hoc certo scio,

Rhabulum te aiebat esse. Ch. O Iuppiter. Cri. eadē hac Chreme

Multi alii in Andro tum audiuer. Chre. Vtinam id sit quod spe- ro, eho dic mihi (Cri. Fratris filiam. Ch.

Quid eam tum & suam ne esse aiebat? Cri. Non. Ch. Cujam igit?

Certe mea est. Cri. Quid ais? Si. Quid tu ais? Pam. ARRIGE au-

res Pamphile. Si. nescio. Pam. nescis? Si. nescio. Pam. nescis? Si. nescio.

Qui Credis? Ch. Phania ille frater meus fuit. Si. nota, & scio. Chre.

Is hinc bellum fugiens, meq; in Asiam persequens proficiscitur.

Tū illam relinquere hic est veritus. post illa nunc primū audio.

Quid illo sit factū. P. uix sum apud me, ita animo comotus metu.

Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono. Si.

Sane ista multis modis tua inueniri gaudeo. P. credo parer. Chre.

At mihi unus scrupulus etiā restat, q me male habet. P. dignus es

Cum tua religione odio, NOBVM in scirpo quaris. Cri. Quid

istuc est? Chre. (Crito

Nomē non conuenit. Cri. Fuit hercle huic aliud parua. Ch. Quod

Nanquid meministi? Cri. Id quæro. Pam. Ego ne huius memori-

am patiar meæ

Voluptati obstare? cum ego possim in hac re medicari mihi?

Non patiar. heus Chreme, quod quæris Panibula est. Cri. ipsa est.

Chre. East Pamph.

Ex ipsa millies audiu. Si. Omnis nos gaudere hoc Chremes

Te credo credere. Chre. Ita me dii bene ament credo. Pamph.

ANDRIAE.

Quid restat pater? Si. ^{in gratia bene in filio redit}
Iam dudum res requirit me ipsa in gratia. Pam. O lepidum patrem,
De uxore ita ut possedi nihil mutat Chremes. Chre. Causa
optumast. ^{impedimento sit et effugiat} (Dus est Pamphile
Nisi quid pater aliud ait. Pam. Nempe. Si. Id scilicet. Chre.

^{Unde} Decē talenta. Pā accipio. Ch. propero ad filiā, eho mecum Crito.
Nā illā me haud nosse credo. Si. Cur nō illā huc trāsserri iubes? P.
Recte admones. Dauo ego istuc sedam iā negoci. Si. nō potest. Pā. 35

^{Stipendium sermo est ac non offendat Pam.} Qui non potest? Si. Quia habet aliud magis ex sese, & maius.
Pam. quidnam? Si.

Vinctus est. Pam. Pater, non recte vinctus est. Si. Haud ita iussit. Pā.
Iube solui

Obsecro. Si. Age fiat. Pam. At matura. Si. Eo intro. Pam. O faustū &
& foelicem hunc diem.

CARINVS. PAMPHILVS.

Septenarii, ac Senarii Trochaici.

Rouiso quid agat Pamphilus, atq; ecum. Pam. aliq;

P Forlan me putet ^{Siquis & Alij quid vult velis}
Nō putare hoc uey; at mihi nūc sic esse hoc uey; lubet.

Ego uitam deorum propterea sempiternam esse arbitror,

Quod uoluptates eorum propriae sunt. nam mihi immortalitas
Parra est, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit.

Sed quem ego potissimū exoptē nūc mihi, cui hac narrē, dari? C.

Quid illud gaudii est? Pam. Dauom uideo, nemo est quem ma

^{De gaudii} Nam hūc scio mea solide solū gauisurū gaudia. ^{lim omniū} C.

DAVVS. PAMPHILVS. CARINVS.

Eiusdem rationis.

[Marginal notes in Latin script, including:]
Stipendium sermo est ac non offendat Pam.
Unde
In hac scena Carinus
Pamphilus sua Pamphi
lino Glycerio petens
Dandi uox est au
bigua thimē Gaudii
una pal pignora q
frendo S. d. d. h. d.
hoc p. d. d. d. f. d. d.
C. d. d. d. d. d. d. d.
Pamphilus dicit aut
proprium est aut mi
tunc d. d. d. d. d. d.
aliquid possessione
fomus ut f. d. d. d.
le f. d. d. d. d. d. d.
vobis possit in al
legit. ind. d. d. d. d.
no ab. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.
d. d. d. d. d. d. d. d.

ACT
Am
P Par
Ne
Et quidem ego
Petrus ref. c. l. c. e. g. e. s.
Mea Glyceria
Ca. Hem. F.
Pater amicus su
Nec mora ulla
Haec uigilans
Solutus es quem
Adibo & collo
In tempore ipso
Age me in tu
Facturam que
Atq; adeo lon
Sequere hac m
Propera, accer
Nec expectis di
latus transiget
FAB
Phaedri
Thais m
Chera
Pythias
Antiph
Doris
Sophro

Amphilus ubi nam hic est? Pá. Daue. Da. quis hō est?

P Pam. Ego sum. Da. O Páphile. Pam. (gerit scio. Pam.

Nescis qd mihi obtigerit. Da. Certe. sed qd mihi obti-

Et equidem ego. Da. More hoim euenir, ut qd sim nactus mali. *A more*

Prius rescisceres tu, q̄ ego illud quod tibi euenit boni. Pam.

Mea Glycerium suos parentes repperit. Da. O factum bene.

Ca. Hem. Pam.

(narras probe. Pam.

Pater amicus summus nobis. Da. Quis? Pam. Chremes. Da.

Nec mora ulla est, quin eā uxore ducā. Ca. Num ille somniat

Ea quæ uigilans uoluit? P. Tum de puero Dauē Da. Ah desine

Solus es quem diligunt dii. Ca. saluus sum, si hæc uera sunt.

Adibo & colloquar. Pam. Quis homo est? o Carine.

In tēpore ipso mihi aduenis. C. Bñ factū. P. Hic audistin? Ca. Omnia.

Age me in tuis secundis rebus respice, tuus est nunc Chremes.

Facturum quæ uoles scio esse omnia. Pam. Memini.

Atq; adeo longum est, nos illum expectare dum exeat.

Sequere hac me, intus apud Glyceriū nūc est, tu Daue abi domū.

Propera, accerse hinc q̄ auferant eam, qd istas? qd cessas? Da. Eo

Ne expectetis dum exeant huc, intus despondebitur.

Intus transiget, si quid est quod restet. PLAVDITE.

ANDRIÆ.

INTERLOCVTORES.

- FINIS
- FABVLÆ
- Phædria adulescens.
- Thais meretrix.
- Cherea adulescens.
- Pythias ancilla.
- Antipho adulescens.
- Dorus Eunuchus.
- Sophrona nutrix.

- Parmeno seruus.
- Gnatus parasitus.
- Thraso miles.
- Chremes senex.
- Dorias ancilla.
- Sanga seruus.
- Laches senex.

E V